

Antiquitates Etruscae.

Prælectio I.
in antiq. lib. 1307.
nunci publice in-
bitae.

Handwritten note in red ink:
Kodl.

Memini me legere apud Hera-
clidem Ponticum, hunc morem
fuisse apud veteres Etruscos, ut,
si quis debita non solvisset, pueri
per plateas urbis eum sectaren-
tur, ludibrii causa crumenas
vacuas succutientes. Jam haud
ignoro, me, quum in albo præ-
lectionis de antiquitatibus E-
truscis habendas proponerem,
~~me~~ gravissimum debitum
suscepisse. In quo solvendo
quandocumque fortasse expecta-
tioni vestrae satisfacere non
potero, si etiam nunquam apud nos
valeret. vetus ille mos Etruscum
verendum mihi foret, ne in
porticibus huius academiae,
marsupia vacua ostentando,
malum debitum me signi-
ficaretis. Sed ex aequo et bono
iudicandum est, hoc mecum
inceptum. Res enim ita est com-
parata, ut in ea ^{indaganda} ~~et~~
vel eruditissimum virum

W 11